

nea est à terrâ germinatio, & si nulla cura adhibetur, iis tamen celerior germinatio? Xanthus, licet ad Philosophum quæstio pertinebat, quum nihil aliud sciret dicere, & hoc eum ut cetera omnia à Divina Providentia gubernantur, inquit. Ad hæc verba Æsopus risit; Ad quem Philosophus, Ridesne? An derides? Et Æsopus, Derideo, inquit, sed non te, sed qui te docuit. Quæ enim à Divina Providentia, sunt, à sapientibus viris solutionem sortiuntur; Si mihi permittas, ego hoc solvam Problema: Xanthus ergo conversus Olitori dixit; Dederis mihi fôret, qui in tantis Auditoriis disputationem, nunc apud hortulanos solvere Problematum: Si autem Piero huic meo, qui rerum multarum consecutiones callet, sophisma tuum proposueris, solutionem habebis quæsiti. Et statim Hortulanus; Hicinè tam turpis literas novit? O Infelicitatem nusquam credendam! Sed narra, O amice, si quæsiti sensum nosti? Et Æsopus, Mulier, inquit, quum ad secundas nuptias iverit, liberis ex priore viro suscepis, si virum quoque invenerit filios ex priore Uxore genuisse, quos ipsa filios eduxit, horum mater est, quos autem invenit penes virum, horum est Noverca. Multam igitur in utriusque ostendit differentiam: Nam quos ex se genuit, amanter & accurate nutrire perseverat, alienos vero partus edit, & inuidia utens illorum cibum diminuit, siveque filiis addit; Illos enim, quasi Naturam proprios, amat, odio autem habet qui Viri sunt, quasi alienos. Eodem modo & terra eorum quæ ipsa ex se genuit mater est, quæ autem tu plantas, eorum est Noverca; cuius rei gratia, quæ sua sunt, ut legitima, nutrit ac fovet. à te autem plantatis, ut spuriis, non tantum alimenti tribuit. Hoc responso delectatus Hortulanus, Crede mihi, inquit, magna me solicitudine & meditatione levasti; Abeas igitur, & gratis capius tecum tua olera, & quoties tibi illis opus est, tanquam in proprium Hortum vadens accipe.

Paucis diebus præterlapsis, Xantho iterum in Balneum prosectorum, quibusdam amicis ibi inventis, Æsopum mittit, ut lentem in ollam ejestam coqueret; Ille, ut Iesus erat, unum lenti granum in ollam jecit, quo cocto Xanthus unum cum amicis ad prandium venit, præsatus tamen quod tenuè admodum esset futurum prandium, utpote ex lente solummodo, quodque non oporteret varietate ferculorum amicos judicare, sed probare voluntatem: Amicis annuentibus, & in domum ingressis; Xanthus inquit, Da nobis a Balneo bibire, Æsope: Illo vero ex deslusu Balnei accipiente, & tradente; Xanthus fatore repletus, Hem, quid hoc, inquit, Æsope? Et ille, à Balneo ut jussisti. Xantho autem præsentia amicorum iram compescente, & pelvum sibi opponi jubente; Æsopus pelvi apposita stabat, & Xanthus, Ubinam est Aqua? Tum ille; Quæ jussisti facere effeci; Tu non dixisti injice aquam in pelvum, & lava pedes meos, & pone soleas & quæcumque deinceps? Quo auditu, Xanthus amicis ait, Non servum emi sed Magistrum: Discubentibus itaque ipsis, & Xantho Æsopum rogante, An cocta sit lens? cochleari acceptum lenti granum tradidit; Xanthus accipens, & ratus gratiæ faciendi periculum coctionis, lentem accepisse, digitis conterens, ait, Bene cocta est, Affer: Illo quam solum vacuante in scutellas, & apponente, Xanthus rogat, Ubi est lens? Et Æsopus, accepisti ipsam. Itane verò, inquit Xanthus an unum saltum granem coexisti? Tum Æsopus, Maxime, lentem etiam in singulari numero dixisti, non lentes in plurali, quod plures significat. Xanthus ergo prorsus consilii inops, Viri socii, ait, Vilis hic Homuncio prorsus ad Insaniam me rediget: Conversus deinde ad Æsopum, dixit, Sed improbe, & omnium petulantissime, ne videar amicis injuriosus, abiens eme quatuor porcinos pedes, & perceleriter coctos appone.

Dum pedes coquerentur, Xanthus causam quærens ut Æsopum flagris cœdat, quum Æsopus fuit in re aliqua aucupatus, unum ex pedibus, ex olla clanculum auferens, occuluit; Paulo post Æsopus veniens, & ollam perscrutatus, ut tres solos pedes vidit, cognovit statim sibi aliquas insidias esse factas, & in stabulum cucurrit, & saginati Porci unum ex pedibus cultro amputans, & pilis nudans